



BEATIS MANIBVS

*Nobilis, Reverendi, devota pi-
etate, virtute, eruditioneque do-
ctrina preclara ornatissi-
mi atque optimi viri*

DN. CHRISTIANI
RAPPOLDI DRESDENSIS,
Ecclesiae, quae Dirmstenij in Electorali
Palatinatu colligitur, Pastoris
quondam fidelissimi, &
orthodoxi,

*Versus Epitaphij ab affinitate
& amicitia junctis con-
secrati.*



SERVESTAE

Imprimebat Iohannes Schleer, Anno 1603.

BEATIS MANIBUS

Nobilis, Reverendi, decore pi-
tate, virtute, eruditione, do-
ctina praedita et magis
mihi ad optimi viri

DN. CHRISTIANI

RAPHOLI DRESDENSIS

Eccliae, quae Dresdensis in Electorali

Palatio colligitur, Pastoris

quondam Adelmanni, &

orthodoxi

Vester Episcopij ab officio

amicitia junctis con-

secrat.



SERVATAE

Inprimis Johannes Schler Anno 1603.



EPITAPHIVM

CHRISTIANO RAPPOLDO

DRESDENSIS,

Viro, pietate devota, eruditione

doctrinae eximia, integritate vitae & candoris ingenuitate praestantissimo, ac venerando,
ut fratri dilecto.



Vi natale solum DRESDAM,

patriosq; penates

Postposui VERBO, magne

IEHOVA, tuo:

Deliciis mundi, ac generis splendore relicto,

Extorris docui dogmata pura DEI:

CHRISTIANI haec recubant RAPPOL-

DI membra sub urna:

Mens ivit rutili scandere templa poli: ensis

CHRISTIANVS (gemini qui portitor

Quondam erat) & supera caelica castra domus,

A 2

AGNVM,

AGNUM, quò vadit, sequimur, nostra ora ge-
Sed clara & rutila fulgida luce, Dei. (rentem:
Non equidem locus hic, qualem viridissima tempe,
Vel qualem Elysios fabula pinxit agros:
Sed lucem induti vehimur, nitidisq; coruscant
Ora, oculi radiis, corpora tota micant.

*Hic ego exspecto Theopoldum, & dulcia amicorum
Agmina, quos manet hic certa parata domus.*

A Iohanne Theopoldo positum
con. ad angvii.



PARODIA

AD PARTEM ODAE VII.

lib. I. Horatij.

IN OBITVM NOBILIS,
REVERENDI ET CLARISSIMI
VIRI, DOMINI CHRISTIANI
RAPOLDI, &c.



*Christiani resunt pauci, sed nomine mul-
Hac mundi dum vivitur aetas. (ti,
Nobiscum hoc doluit CHRISTIANUS
Voce acres iterate querellas. (sape RAPOLDUS,
CHRISTIANUS*

CHRISTVM ergo, spreto mundi splendore se-
In cœlum & super astra levatus (cutus,
Tempora cœlesti redimitus sancta corona,

Sic tristes affatur amicos:

Quò vos cunq; feret CHRISTI mens provida re-
tibus ò socii comitesq; (rum,

Nil desperandum CHRISTO Duce & Auspice
Certus enim promisit IESVS, (CHRISTO:

Cœlos, telluremq; novam post secla futuram

Hac vestram, qui tristia passi

Mecum saepe viri. Nunc verbo pellite curas

CHRISTI, dum jungamur Olympo.

Gaspar Vlricus M.



IN OBITVM

CHRISTIANI RAPPOLDI
affinis sui desideratissimi.



ic CHRISTIANE jaces, RAP-
POLDE, heu nobile pectus,
Ingeniumq; sagax & sine labe fides.

A 3

Sprevisti

Spreuisti semper terrena, & cœlica spectans
Confessus CHRISTVM es pectore & ore tuū.
Exilium passus Christi, commune ministris
Semper adhasisti speq; fideq; Deo.
Vt Christo vixti, sic Christo mortuus idem es,
Qui Christi toto pectore totus eras.
Spiritus ex mundo translatus ad arua piorum est,
Terra sed ad tempus corporis ossa tenet.
Hac duo perpetuo nexu conjunget Iesus,
Cum è celso iudex venerit ipse polo.
Reliquit Natum Rappoldus, Filiam & unam.
Edidit in lucem quos mea chara soror.
Hos ego cum repeto sine utroq; parente vagari,
Augetur luctus pectoris ipse mei.
Sed Deus his pater est, pupillos protegit omnes,
Gratia eos faciens Organa sancta sua.

Iohan. Schütz D.

F I N I S.

Cl 1926

ULB Halle 3
001 556 118




Stk. 6 = Handschrift

Sb.

Paul Friedrich
Buchbindereimeritor
Merseburg a. S.

1017







603.

te

is
torali
NIS,

do-
pi-

99